# *Il bilancio consuntivo del monastero Maggiore dell'anno 1280*

1281 gennaio 15, mercoledì, Milano, *in monasterio Maiori*

Archivio di Stato di Milano, *Pergamene per fondi*, Monastero di Sant'Ambrogio di Milano, b. 501, n. 32, cc. 2r-3r.

Il *quaternus* all'interno del quale è imbreviato il consuntivo è formato da quattro bifogli pergamenacei (lato pelo in apertura) e misura mm 220 x 300. Il testo è disposto a piena pagina; il supporto non presenta alcuna rigatura, marginatura o piegatura. Una linea tracciata a mano libera da margine a margine separa tra loro gli atti rendendo immediatamente visibile la distinzione tra una imbreviatura e l'altra. Il documento è anche barrato con un tratto perpendicolare al testo a indicare l'avvenuta estrazione *in publicam formam*.

## *Regesto*



Pietra *de Ossis*, badessa del monastero Maggiore, presenta al capitolo il bilancio consuntivo delle entrate e delle uscite relativo all'anno 1280.

## *Edizione critica*

.MCCLXXXI., die mercurii .XV. die ianuarii, indictione nona. In monasterio Maiori. Convocato capitulo ipsius monasterii more solito, in quo capitulo aderant domina Ferraria, domina Maphia et domina Anghelica, domina Citilia, domina Columba, domina Iordana, domina Paxia, domina Suffia, domina Aldixia, domina Marina et domina Catelina, omnes monialles dicti monasterii, domina Petra de Osiis, Dei gratia dicti monasterii venerabillis abbatissa, fecit rationem de omnibus redditibus et fructibus que exacti sunt de anno currente .MCCLXXX. et ab hinc retro. In qua ratione dixit predicta domina abbatissa reperitur exactum esse per predictam dominam abbatissam modios .XVI. et sestarios tria [a] frumenti, quod frumentum remansum erat penes massarios de anno curente .MCCLXXVIIII. et ab hinc retro; item reperitur se recepisse modios .VII. et sestarios .IIII. frumenti, pro quo frumento datum fuit modios .X. milii in loco Aroxio; item reperitur exactum esse modios .XVI. et sestarios .VI. frumenti dati per modios .XXV. et starium.I. sicallis; item reperitur se recipisse de ficto predicti anni curentis [b].MCCLXXX.modios .CXVIIII. et starium .I. et minam frumenti; item reperitur remansisse penes domine abbatisse modios .XL. et starios .IIII. frumenti in predicto anno in sollario .MCCLXXX., quod frumentum exactum erat de ficto anno curente .MCCLXXVIIII. Somma predicti frumenti est modios .CC. et starios .II. et mina<s>.XXXVII. et starios .III. leguminum datorum pro sicalle et modios .IIII. et starios .II. leguminum de ficto huius anni et modios .II. et sestarios .II. leguminum datorum pro sicalle de ficto anni curentis .MCCLXXVIIII. Somma leguminum est modios .XLIIII. nove et vetere. Item reperitur exactum esse modios .XII. et starios .VII. sicallis et modios .VII. et starios .III. millii, que blava remansa penes massarios in anno curente .MCCLXXVIIII. item reperitur remansisse penes dominam abbatissam in sollario .LXXVIIII. sicallis et modios .CXXIIII. millii, que blava exacta erat in anno curente .MCCLXXVIIII. Somma predictarum sicallis et millii cum illa de Aroxio et cum illa de sollario est modios .DCCCLXXXVIII. et starios .VII. Item reperitur exactum esse de ficto modios .XXXVIIII. panici; item reperitur [c] remansisse penes domine abbatisse in sollario cum illa de Aroxio modios .XX. panici. Somma predictarum panici est modios .LVIIII.; item reperitur exactum esse plaustra .LII. vini de ficto anni curentis .MCCLXXX.

Item reperitur exactum esse plaustra .XII. et med(ietatem) vini dati per libras .XXXVII. tertiolorum de ficto; item reperitur exactum esse plaustra .XI. et starios .XIII. vini dati pro modiis .XXXV. mesture; item reperitur exactum esse plaustra .XII. vini de medietate; item remansum erat in caneva penes abbatisse plaustra .LV. de vino exacto in anno curente .MCCLXXVIIII. Somma predicti vini est plaustra .CLIII. et starios .V. Item reperitur [d] remansisse penes abbatisse libras .XIII. tertiolorum de denariis exactis in predicto anno .MCCLXXVIIII.; item reperitur exactum esse libras .LXIII. tertiolorum, quos denarios remanserunt ad solvendum de anno curente .MCCLXXVIIII. et ab hinc retro; item reperitur exactum esse libras .CCXLI. et solidos .XII. tertiolorum de ficto anni .MCCLXXX. Somma predictorum denariorum est libras .CCCXVII. et solidos .XVII. [e] tertiolorum. Item reperitur exactum esse centenaria centum .XIIII. feni dati per libras .XXII. et solidos .XII. tertiolorum de ficto. Somma feni et vini datorum pro denariis de ficto est libras

.LVIIII. et solidos quinque. Somma somarum denariorum receptorum in denariis factis et feni et vini dato pro denariis est libras .CCCLXXVI. et solidos .XVII. tertiolorum de ficto .MCCLXXX. Item reperitur se recepisse libras .CCCCXXVII. de blava vendita, scilicet modios .CCXX. sicaliis et modios .CCL. et starios .VI. millii et modios duo leguminum et modios .XIIII. frumenti; item recepit libras .LXXXI. tertiolorum pro plaustris .XXVII. vini venditi; item reperitur recepisse mutuo a Petro Tinctori libras .XL. tertiolorum et a Iohanne hospitallis de Brolio libras .XL. tertiolorum. Somma predictorum denariorum receptorum in denariis factis de ficto novo et vetero et de blava et vino vendita et vendito et denariis mutuatis est libras .DCCCCVI. tertiolorum. Somma mesture exacte anno curente .MCCLXXX. et leguminum date pro sicalle et frumentum datum pro sicalle et millio et vino dato pro millio et sicalle que legumina fuerunt modios .XXXVII. et quod frumentum fuit modios .XVI. et sestarios .VI., quod frumentum compensatum fuit in modiis .XXV. et stario .I. sicallis et plaustris .XI. et stariis .VIIII. vini, quod vinum compensatum fuit in modiis .XXXIIII. et stariis .IIII. mesture, et sic ascendit in somma de ficto mesture exacte cum predictis rebus compensatis, scilicet legumina et frumentum et vinum modios .DCCLXIII. et starios quinque. Somma mesture exacte de anno proximo preterito curente .MCCLXXVIIII. est modios .XVIIII. et starios .VI. et ab hinc retro. Somma mesture, que remansa est ad exigendum a massariis in predicto anno curente .MCCLXXX., est modios centum nonaginta duo. Somma denariorum, quos remanserunt ad solvendum a massariis in predicto anno .MCCLXXX., est libras .XXIII. tertiolorum de quibus amittitur libras .XV. et solidos .IIII. tertiolorum propter guerram [1]. Somma frumenti, quod remansit ad solvendum a massariis, est modios .LXIII. et starium .I. frumenti de quo amittitur modios .LIIII. propter guerram, scilicet: in loco Cergiate modios .XVII. mesture, in loco Arconate modios .III. sicallis, in loco Baradigio modios .XV. et starios .IIII. mesture, in loco Barenzate modios .XXXVIIII. mesture [f] et starios .XIIII. frumenti et plaustra duo vini, in loco Viniate modios .XXVI. mesture et solidos .XXIIII. tertiolorum, in loco Quinto modios .LI. frumenti et modios .XIIII. inter mesturam et legumina et libras .XIIII. et solidos .X. tertiolorum et totum amittitur propter guerram, in monasterio de Claravalle libras .IIII. tertiolorum et dimititur eis pro fratre Anrico, in loco Pistirago modios .III. frumenti et modios .III. sicallis et modios .IIII. cicerum et totum amittitur propter guerram, in loco Zunego modios .X. mesture et amittitur propter guerram, in loco Dugniano modios .XXIIII. et starios .V. mesture, in braida de Monte Vulpe § Obizo de Collogniolla modium .I. et starios .III. frumenti, § Petracius de Comite modios .III. et starios .IIII. frumenti, |(c. 2v) § Iacobus de Vitudono starios .VI. frumenti, in loco Aroxio modios .IIII. et starios duo sicallis et solidos .XL. tertiolorum. Somma mesture, que remansa est penes massarios et que perditur propter guerram, est modios quinquaginta. Somma frumenti, quod amittitur propter guerram, est modios quinquaginta quatuor. Somma denariorum amittitur propter gueram est libras .XV. et solidos .IIII$^{or}$. et hec omnia predicta sunt de anno curente .MCCLXXX.; item in anno curente .MCCLXXVIIII. remansit [g] penes massarios modios centum sexaginta quinque et starios sex mesture, de qua amiximus propter guerram modios .XLVIII. mesture; item remansit modios .XXV. et starios .III. frumenti, quod frumentum amiximus propter guerram; item remansit libras .XLVIII. et solidos .XV. tertiolorum, de quibus amiximus libras .XV. tertiolorum propter gueram; item remansit modios .IIII$^{or}$. cicerum et amixerunt propter gueram. De predicta blava exactum fuit in predicto anno .MCCLXXX. modios .VIII. et starios .III. frumenti et modios .XVIIII. mesture, ut supra continetur.

Hee sunt exspense facte per predictam dominam abbatissam in predicto anno .MCCLXXX., scilicet in primis pro mercede familie sue et fratre Anrico libras .XXI. et solidos .XIII. tertiolorum; item pro guiderdono denariorum mutuatorum libras .LI. tertiolorum; item pro decima domini pape libras .L. et solidos .XIII. et denarios octo tertiolorum; item comuni Mediolani occaxione fossati Abdue libras .XXII. et solidos .XI. tertiolorum; item pro fodro domini archiepiscopi libras .XV. et solidos .XII. et denarios .VIII. <tertiolorum>; item pro victuris vini de Aroxio libras .XXV. et solidos .XVI. tertiolorum; item pro pedagio et gubernatura dicti vini libras .III. et solidos .X. tertiolorum; item pro pedagio frumenti maxinati in domo libras .XI. tertiolorum; item pro exspensis factis tempore mensium in loco Aroxio libras .III. et solidos .VIII. et denarios .VIII. tertiolorum per nuntios monasterii; item pro exspensis factis in predicto loco tempore vendemiarum libras .XIIII. tertiolorum per predictos sindicos et nuntios et not(arios) et illos qui custodierunt vinum; item pro podadura viniarum loci de Viniate et in faciendo fieri vinum et in canevaria [h] in victuris libras .XI. et solidos .VIII. tertiolorum; item pro victuris et pedagiis vini de Baradegio libras .III. et solidos .XIIII. et denarios .VIII. tertiolorum; item in mense ianuarii dedit amore Dei pauperibus et puelibus pauperibus ad maritandum et pro causis et pro aptatura vasuum et pro emendo cartas et quaternos et in aliis diversis laboreis libras .VIIII. et solidos .III. tertiolorum; item in mense februarii magistris et pro sententia una de Aroxio et pro causis factis in dicto mense et pro multis aliis rebus necessariis libras .XXIIII$^{or}$. tertiolorum; item in mense marcii pro similis de causis et occasionibus vel id circa libras .XVIII. et solidos .XVIII. tertiolorum; item in mense aprillis pro diversis causibus libras .XVIIII. et solidos .XV. <tertiolorum>; item in mense madii pro similis et diversis occasionibus libras .XI. et solidos .IIII. et denarios .VI. tertiolorum; item in mense iunii pro similis de causis libras .VI. tertiolorum; item in mense iullii pro similis de causis libras .V. et solidos .VIII. et denarios .VII. tertiolorum; item in mense augusti Azoni Vicecomiti et Anselmo de Alzate et Petro de Cantono occaxione unius compromisii facti cum Rugerio Buxago et monasterio et pro aptatura domorum et aliis de causis libras .XXIIII. et solidos .V. tertiolorum; item in mense septembris in pluribus et diversis rebus utilibus monasterio libras octo et solidos .III. tertiolorum; item in mense octubris pro similis et diversis rebus libras .XVII. et solidos .II. et denarios .IIII. tertiolorum; item in mense novembris similiter libras .XVIII. et solidos .XVIIII. tertiolorum; item in mense decembris pro predictis de causis, ut supra, libras .XVIII. et solidos .II. et denarios .IIII. tertiolorum. Somma predictarum exspensarum est libras .CCCCXVI. et solidos .VIIII. tertiolorum, quos denarios scripti sunt in libro expensarum dicti monasterii denarium pro denario. Item dedit libras .XXXI. et solidos octo tertiolorum in faciendo sepelliri dominas Sarram et Dominicam; item libras .VI. medicis et in medicinis dicte Sarre; item libras .CVIIII. tertiolorum pro vestimentis et calzamentis dominarum monialium. Somma predictarum exspensarum est libras .DLXIII. tertiolorum, que exspense sunt sine [i] cibo et potu. Item dedit libras .CXVIII. tertiolorum domine Paxie canavarie, quos denarios [j] erogati [k] erunt per predictam dominam Paxiam canevariam in piscibus et in carnibus et in aliis diversis rebus ad comedendum dominabus monialibus et parentibus earum; item exspendidit dicta domina abbatissa libras .CXV. tertiolorum in familia sua et in personis extraneis et magistris et laboratoribus et in masariis, in piscibus et in carnibus et in ovis et in formagio et diversis cibibus in mensibus duodecim; item exspendidit libras .XXXI. et solidos .II. et denarios .II. tertiolorum in carnibus bovorum ad sallandum et in sestariis .XXI. sallis et in libris .C. ollei, que omnia fecit emere; item dedit fratri Guidotto de braida Guercii libras .LXXIIII. de debito suo. Somma dictorum denariorum est libras .CCLXII. et solidos .II. et denarios .II. tertiolorum. Item dedit libras .VII. et solidos .V. tertiolorum pro ficto magistri Vitallis. Somma sommarum predictorum denariorum est libras .DCCCCVI. Item exspendidit de predicta mestura modios .CIIII. in domo pro pane; item exspensavit modios .XXI. millii bulliti; item mutuavit massariis modios .XX. et starios .IIII. sicallis ad seminandum; item exspensavit modios .X. milii pullibus; item dedit modios .X. milii de Aroxio dati pro

modiis .VII. frumenti; item amittitur pro calamento et diminutione modios .VIIII. mesture; item dedit modios .V. mesture amore Dei ad festum Dei Natallis et Pasche maioris pauperibus vicinis; item dedit modios .XXIIII. mesture sindicis monasterii; item dedit modios .XVIIII. mesture anoalibus; item dedit modios .X. mesture magistro Vitali; item dedit modios .II. presbitero Leoni; item vendidit modios .CCCCLXXIII. mesture. Somma mesture vendite et exspendite est modios .DCCVIII. et sic remansa est [l] in sollario modios .LXVIIII. mesture sine illa de Aroxio et in Aroxio remansa est modios .LXXII. sicallis et modios .XXXXVII. et starios .V. milii de predictis leguminibus que fuerunt modios .XLI. et starios duo exspense fuerunt et cottidie exspenduntur pauperibus et familie et monialibus et date amore Dei. Item dedit de predicto feno recepto plaustra .IIII. [m] iudicibus et fuit centenaria .XXXX.; item dedit sindicis et eque fratris Anrici centenaria .L. feni; item dedit modios .XXXIIII. panici pullibus et amore Dei ad festum Nativitatis et in paniciis et in panigadis et sic remanet [n] penes domine abbatisse in sollario modios .XXIII. panici; item vendidit modios .XIIII. frumenti; item dedit pro annoalibus modios.VIII. frumenti; item dedit sindicis modios .III. frumenti; item exspensatum fuit per canevariam dominabus monialibus modios .LXV. frumenti; item exspensatum fuit per dominam abbatissam modios .XLVIII. frumenti quod pro se et pro familia sua et pro massariis et quod pro sindicis et iudicibus et pro personis extraneis et pro condiciis domini archiepiscopi et domini cimilliarche et custodibus et pro amore Dei et pro fictis et infirmis et in pane et quod in farina; item remansa est pro callamento et mundatura modios .VI. frumenti; item datum fuit modios .VIII. frumenti Ubertino de Brescizio pro iuncta sediminis et terre que nobis vendidit in burgo Carate. Somma predicti frumenti exspenditi et venditi est modios .LII. et sic remanet penes domine abbatisse modios .XLVIII. et starios .II. frumenti in sollario cum farina que erat in pristino. Item vendidit plaustra .XXVII. vini; item dedit plaustra .XIII. vini amore Dei fratribus Predicatoribus et Minoribus et Rimittanis et aliis pauperibus et hospitalibus et pecchatoribus et sindicis monasterii et custodibus et viglonibus; item pro callamento vini plaustra .VI.; |(c. 3r) item exspendidit plaustra .LX. vini. Somma predicti vini exspenditi et venditi et dati amore Dei et pro calamento est plaustra .CIIII. et sic remanet in caneva penes abbatisse plaustra .XLIIII. vini. Item exspendidit sive conpensavit modios .LXX. mesture et starios .XII. frumenti et libras .XVIII. tertiolorum de ficto preterito anni curentis .MCCLXXVIIII. et ab hinc retro, quod fictum remansum erat penes massarios in hedeficiis duorum sediminum iacentibus in loco Barenzate, que hedeficia nobis vendiderunt heredes quondam Merli Gastoldi et Beltramollus, nepos eius; item exspensavit seu conpensavit modios .LIIII. et starios .IIII[or]. mesture et starios .IIII. panici et plaustra duo vini de ficto preterito anni curentis .MCCLXXVIIII. et ab hinc retro in hedeficiis unius sediminis et petiis quinque terre, que sunt pertice .XXV., iacentibus in loco et territorio de Varederio, que hedeficia et terre nobis vendidit Iohannes Obizonus de loco Varederio; item exspensavit et conpensavit libras .CL. tertiolorum de ficto preterito anni curentis .MCCLXXVIIII. et ab hinc retro in vinea una iacente in territorio loci de Pantanedo, que vinea nobis vendidit Rugerius Buxagus; item exspensavit seu conpensavit modios .XXX. inter sicallem et millium et panicum et plaustra .X. et starios .V. vini de ficto preterito anni curentis .MCCLXXVIIII. et ab hinc retro in sedimine uno et in perticis .XX. terre iacent(ibus) prope burgum de Carate, quod sedimen et terra nobis vendidit Ubertinus, filius quondam Alberti de Brescizio, de loco Aroxio. Somma predictarum conpensationum est libras .CLXVIII. tertiolorum et modios .II. frumenti et modios .CLV. mesture et plaustra .XII. vini. Item consignavit dicta domina abbatissa predictis dominabus monialibus quod recepit in mutuo a Zanebello de Gardano libras .LVII. et in Petro Tinctori libras .XL. tertiolorum [o] et in fratre Ricardo libras .CLXXXVII. et in fratre Ambroxio hospitallis de Brolio libras .L. tertiolorum et in fratre Guidotto de brayda Guercii libras .LXXXVI. et solidos .X. tertiolorum et in Iohanne qui stat ad hospitallem Brolii, qui est amicus fratris Ambroxii, libras .XL. et in Rugerio Balbo libras centum tertiolorum. Somma predicti debiti est libras .DLX. et solidos .X. tertiolorum. Sciatis quod Rugerius Balbus habet cartam de suis denariis et insuper habet aput se argentum quod erat aput domus fratrum Sancti Karemari. Item sciatis quod frater Guidottus habet cartam de libris .CL. tertiolorum pro suis denariis.

Que predicta ratio confirmata et aprobata fuit per predictas dominas monialles, renuntiando omni exceptioni. Actum in ipso monasterio. Interfuerunt ibi testes frater Prohus, filius quondam Pagani de Vitegniano, et Baxanus, filius quondam Rumeti de Ambroxiis, et Iacobus, filius quondam domini Obizonis de Ossa, omnes civitatis Mediolani.

[a] tria: *così* [b] -is *corr. su* -e [c] reperitur *nell'interlineo con segno di richiamo* [d] reperitur *iterato* [e] et solidos .XVII. *nell'interlineo con segno di richiamo* [f] mesture *nell'interlineo con segno di richiamo* [g] remansit: *così, qui e nelle successive occorrenze* [h] -v- *corr. su* -p- [i] sine: *così nell'interlineo con segno di richiamo; sul rigo segue* in *non depennato* [j] quos denarios: *così* [k] erogati *nell'interlineo, in corrispondenza di* exacti *depennato* [l] remansa est: *così, qui e nella successiva occorrenza* [m] .IIII. *nell'interlineo, in corrispondenza di almeno due lettere non perspicue e depennate* [n] remanet: *così, qui e nelle successive occorrenze* [o] *segue* et in domina abbatissa monasterii Bocchecti libras .XL. *depennato.*

[1] Possibile riferimento alla ripresa delle ostilità tra Torriani e Visconti dopo un periodo di tregua all'inizio del 1279: v. G. GIULINI, *Memorie spettanti alla storia, al governo e alla descrizione della città e della campagna di Milano ne' secoli bassi*, IV, Milano 1855, rist. anast. Milano 1974, pp. 657-667 e G. FRANCESCHINI, *La vita sociale e politica nel Duecento*, in *Storia di Milano.* IV: *Dalle lotte contro il Barbarossa al primo signore (1150-1310)*, Milano 1954, pp. 336-338.

***Commento***

Il bilancio consuntivo dell'anno 1280 presentato per l'approvazione al capitolo da Pietra *de Ossis*, badessa del **monastero di S. Maurizio detto il Maggiore di Milano**, in data 15 gennaio 1281 è conservato in uno dei quattro *quaterni* contenenti le imbreviature di Giovannibello Bentevoglio *de Vaprio*, figlio di Goizone, di Porta Romana, *sacri pallacii notarius* studiati e pubblicati da Marta Mangini.

Come si legge nel testo, il consuntivo è stato redatto sulla base delle registrazioni presenti *in libro expensarum dicti monasterii denarium pro denario*, libro – e non doveva essere un *unicum* – purtroppo andato perso.

Il bilancio consuntivo è un atto unico nel suo genere a questa altezza cronologica. Una vera e propria istantanea della vita economica e non solo dell'ente attraverso il quale, oltre a essere annotate in maniera dettagliata e puntigliosa le diverse **entrate e uscite**, veniamo informati delle vicende umane di alcune monache, come ad esempio le malattie



*– Item libras .VI. medicis et in medicinis dicte Sarre –*

Rimane purtroppo inappagata la curiosità di conoscere i rimedi prescritti che, va detto, non hanno prodotto i risultati sperati dal momento che l'*item* precedente riguarda i costi per le esequie della stessa Sarra.



*– Item dedit libras .XXXI. et solidos octo tertiolorum*
*in faciendo sepelliri dominam Sarram –*

Nel dettagliato elenco troviamo le spese legali sostenute mensilmente per diverse cause, le somme versate per le decime alla Santa Sede, per il fodro all'arcivescovo, per i pedaggi al comune o in elemosina per i poveri e gli infermi o, ancora, *pro emendo cartas et quaternos* (poco più di 9 lire), per la costituzione della dote delle fanciulle indigenti, e quanto si è speso per vestiti e scarpe (ben 109 lire di terzoli)



*– Item libras .CVIIII. tertiolorum*
*pro vestimentis et calzamentis dominarum monialium –*

Le voci d'entrata e d'uscita più numerose sono riferite al vitto: frumento, miglio, segale, legumi, ceci, uova, formaggio, pesci, polli, carni, sale, olio, vino etc. Il dettagliato susseguirsi delle derrate rende possibile non solo immaginare la dispensa monastica, ma offre altresì innumerevoli spunti per la storia dell'alimentazione.

Scheda a cura di Marta Calleri



***Bibliografia***

**Per l'analisi dei *quaterni* del notaio e l'edizione critica** si veda:

*I* quaterni imbreviaturarum *di Giovannibello Bentevoglio* de Vaprio, *notaio al servicio del monastero Maggiore di Milano (1262, 1271, 1277, 1290-1281)*, a cura di M. MANGINI, Milano, Edizioni Biblioteca Francescana, 2001 (Studi di storia del cristianesimo e delle chiese cristiane. Fonti e documenti. 6), pp. VII-XLVI e n. 144.

**Per la storia del monastero Maggiore** si vedano:

E. OCCHIPINTI, *Appunti per la storia del Monastero Maggiore in età medievale. Il problema delle origini e la configurazione giuridico-patrimoniale*, in Studi di Storia Medioevale e Diplomatica, II (1977), pp. 47-96;

E. OCCHIPINTI, *Il contado milanese nel secolo XIII. L'amministrazione delle proprietà fondiarie del monastero Maggiore*, Bologna 1982.